



REGNVM FVNESTVM (I)

differre = nōn similis esse  
hic *sg* : Tarquinius  
ille *sg* : Servius



pūnīre

exsilium -ī *n* = locus extrā  
patriam

in + *acc* →

sub + *abl*

sub hōc rēge = temporibus  
huius rēgis

hostilis -e < hostis

hī *pl* : improbī rēgēs

illī *pl* : bonī rēgēs

contemnere ↔ dēspicere

trīstis -e ↔ laetus

illūstris -e = quī in honōre est

Post Servium Tullium rēgnat in urbe Tarquinius Superbus, septimus rēx Rōmae. Ā Servio Tarquinius longē differt: hic rēx apud cīvēs est in odiō, ille autem in honōre erat; hic bonōs cīvēs aut interficit aut pūnit aut in exsilium mittit 5 sine causā, ille vērō omnēs cīvēs cūrābat; bonī cīvēs igitur hunc rēgem timent, sed illum rēgem diligēbant et laudābant. Etiam familiae Servii et Tarquiniī longē differunt inter sē: familia huius rēgis improba est, sed familia illius rēgis proba 10 erat; sub hōc rēge Rōma est urbs hostilis atque maesta, sub illō autem tūta atque tranquilla erat. Bonī et improbī rēgēs longē differunt inter sē: hī scelera parant, illī beneficia dant; senātōrēs hōs rēgēs contemnunt, at illōs monent et iuvant. Ita- 15 que fāma hōrum rēgum trīstis est, illōrum vērō illūstris. Sub hīs rēgibus bella multa sunt, sub illīs autem pāx.

In urbibus et in agrīs propinquīs Tarquinius praedam saepe faciēbat atque magnam pecū-  
20 niam rapiēbat. Itaque rēx multa et pretiōsa dōna familiae suae dabat, nōn sōlum Tulliae –Tullia, filia rēgis Servii Tullii, uxor Tarquiniī erat–, sed etiam liberis suis. Quae dōna Tarquinius Tulliae dabat? Tarquinius ōrnāmenta aurea huic dabat.  
25 Quae dōna dabat rēx liberis suis? Hīs quoque Tarquinius pulchra dōna dabat: filiae vestēs dabat, filiō autem equōs. Etiam arma multa Tarquinius huic dabat, illī autem –filiae– nōn arma, sed ōrnāmenta. Num servīs ancillisque quoque  
30 Tarquinius dōna dabat? Minimē, illīs Tarquinius nūlla dōna dabat. Et quid dabat rēx populō Rōmānō? Rēx nūlla dōna populō dabat!

Cīvēs igitur maestī erant, nam Tarquinius ne-  
35 que lūdōs neque certāmina populō dabat, sed labōrēs tantum impōnēbat atque in operibus urbis cīvēs semper tenēbat. Is igitur neque inter Rōmānōs neque inter hostēs grātus erat.

propinquus -a -um = quī  
prope est



praeda -ae *f*



pecūnia -ae *f*



vestis -is *f*



equus -ī *m*

servus -ī *m*

ancilla -ae *f* = serva

im-pōnere

grātus -a -um = quem omnēs  
amant

**Rem tenē!****1. Estne Servius Tullius an Tarquinius Superbus?**

**Exemplum:** In magnō honōre erat: Servius Tullius.

- Nōn est in odiō: \_\_\_\_\_
- Cīvēs eum nōn diligunt neque laudant: \_\_\_\_\_
- Cīvēs eum nōn timent: \_\_\_\_\_
- Sub eō Rōma nōn est urbs tranquilla: \_\_\_\_\_
- Familia eius nōn est iūsta: \_\_\_\_\_

**2. Quid nōn convenit?**

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>Bonī rēgēs:           <ul style="list-style-type: none"> <li><input type="checkbox"/> cīvēs cūrant.</li> <li><input type="checkbox"/> fāmam trīstem habent.</li> <li><input type="checkbox"/> scelera parant.</li> <li><input type="checkbox"/> beneficia praestant.</li> <li><input type="checkbox"/> cīvēs cūrant.</li> </ul> </li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>Improbī rēgēs:           <ul style="list-style-type: none"> <li><input type="checkbox"/> pācem faciunt.</li> <li><input type="checkbox"/> fāmam illustrem habent.</li> <li><input type="checkbox"/> cīvēs in exsiliū mittunt.</li> <li><input type="checkbox"/> cum senātōribus rēgnant.</li> <li><input type="checkbox"/> senātōrēs contemnant.</li> </ul> </li> </ol> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

**3. Quī titulus convenit? (ūnus tantum titulus rēctus est!)**

a. Tarquinius Superbus, improbus rēx, urbem Rōmam turbat. Rōmānī maestī hunc improbum rēgem timent. Hic enim praedam et pecūniam dolō aut scelere quaerit neque populum Rōmānum cūrat. Etiam familia rēgis improba est: Tarquinius multa beneficia liberīs et uxōrī dat, populō autem arduōs labōrēs impōnit.

- Improbus Tarquinius in totā Italiā rēgnat.
- Rēx perversus praedam cupit et officium negligit.
- Rēx cīvēs Rōmānōs et familiam suam terret.

b. Sub Serviō rēge cīvēs Rōmānī vitam beātam agēbant, nam urbs tūta erat. Rēx enim officia sua numquam negligēbat, Rōmānīs semper auxilium ferēbat eōsque diligenter cūrābat. Familia illius rēgis proba erat. Itaque, nūllus cīvīs, dum Servius rēgnat, scelera parat.

- Rēx bonus familiam et patriam cūrat.
- Cīvēs laetī sunt.
- Sub rēge iūstō pāx in urbe est.

**Vocābula disce!****4. Verba idem ac contrārium significantia quiere:**

- \_\_\_\_\_ est tempus sine bellō; si nūllum est bellum, urbs nōn est \_\_\_\_\_, sed tranquilla.

- Cīvēs rēgēs aut laudant aut \_\_\_\_\_: si rēx est **improbus** cīvēs eum \_\_\_\_\_, at rēx \_\_\_\_\_ semper in honōre est. Fāma bonōrum rēgum nōn \_\_\_\_\_, sed **illūstris** est.
- Sub Tarquiniō populus Rōmānus semper in **labōribus** erat, ergō nūllum \_\_\_\_\_ in urbe erat, neque ludōs neque certāmina publica rēx dabat.

**5. Coniunge vocābula:**

fāma	magnum	_____	
ager		pretiōsum	_____
dōnum		grātus	_____
ōrnāmentum		illūstris	_____
certāmen		propinquus	_____
homō		aureum	_____
urbs		turbāta	_____

**6. Implē sententiās:**

faciunt / differunt / mittunt / dabat / impōnunt

- Tarquinius multās dīvitiās ex urbibus propinquīs rapiēbat, itaque is multa **dōna** familiae suae \_\_\_\_\_.
- Senātōrēs atque rēgēs hominēs perversōs in **exsiliū** nōn sine causā \_\_\_\_\_.
- Bonī et malī cīvēs **longē inter sē** \_\_\_\_\_, nam hī dōlōs parant, illī autem patriam cūrant.
- Militēs in bellō urbes capiunt atque in iīs **praedam** \_\_\_\_\_.
- Magistrī sevērī **labōrēs** magnōs suīs discipulis \_\_\_\_\_!

**Ecce lingua!****7. Respōnsō datō interrogātum scribe:**

- Tarquinius rēgnat in urbe post Servium Tullium.  
*Quis rēgnat in urbe post Servium Tullium* \_\_\_\_\_?
- Quia bonōs cīvēs necat aut pūnit aut in exsiliū mittit.  
\_\_\_\_\_?
- In propinquīs agrīs Tarquinius praedam faciēbat.  
\_\_\_\_\_?
- Minimē, sub Tarquiniō Rōma turbāta est.  
\_\_\_\_\_?
- Rēx familiae suae pecūniam dat.  
\_\_\_\_\_?
- Rēx liberīs suīs multa dōna dabat.  
\_\_\_\_\_?

8. Quid magis convenit?

- a. Inter civēs erat in odiō...  
 hunc rēgem     hic rēx     hī rēgēs
- b. Tarquinius ūnum filium habet. Rēx multa arma atque equōs...  
 is dat     hic dat     eī dat
- c. Senātōrēs monent atque adiuvant...  
 hōs rēgēs     hōc rēge     hōrum rēgum
- d. Improbī rēgēs scelera parant, itaque trīstis est fāma...  
 illī     illīus     illōrum
- e. Rōma erat urbs turbāta atque maesta...  
 sub ille rēx     sub illō rēge     sub illum rēgem
- f. Bonī civēs bonum rēgem nōn timent, sed...  
 illum laudant     illīus laudant     illō laudant
- g. Rēx Servius civēs cūstōdiēbat, itaque civēs...  
 hōs diligunt     hunc diligunt     hic diligunt

9. Scribe plūrālem aut singulārem:

- a. Hic civis est in odiō: hī civēs sunt in odiō
- b. Ille rēx improbus est: \_\_\_\_\_
- c. Fāma illōrum bellōrum trīstis est: \_\_\_\_\_
- d. Nōmen huius familiae grātum est: \_\_\_\_\_
- e. Tarquinius beneficium huic dabat: \_\_\_\_\_
- f. Pater illius fēminae saevus est: \_\_\_\_\_
- g. Sub hōc rēge bellum magnum est: \_\_\_\_\_

10. Quid dat cui?

**Cui? / Quibus?**  
 (uxor sua): \_\_\_\_\_  
 (filia sua): \_\_\_\_\_  
 Tarquinius (filius suus): \_\_\_\_\_  
 (familia sua): familiae suae  
 (populi vicini): \_\_\_\_\_  
 (populus Rōmānus): \_\_\_\_\_

**Quid?**  
 nūllam pācem  
 nūllum ōtium  
 pulchra vestimenta  
 equōs et arma  
 ōrnāmenta aurea  
 pretiōsa dōna

dat.

- a. Tarquinius familiae suae pretiōsa dōna dat
- b. \_\_\_\_\_
- c. \_\_\_\_\_
- d. \_\_\_\_\_
- e. \_\_\_\_\_
- f. \_\_\_\_\_



REGNUM FVNESTVM (II)

Tarquinius Gabiōs, urbem propinquam, saepe oppugnābat, sed Gabīnī, virī bellicōsī, fortiter resistēbant. Tunc irātus rēx dolum parat et Sextum Tarquinium filium ad Gabīnōs mittit. Ante nōbilēs Gabīnōs Sextus patrem falsō accūsāt, inimicitias cū illō simulat atque auxilium pētīt: «Iam Tarquinius liberōs suōs, ut antea senātōrēs et bonōs civēs, ācritter pūnit. Ille nova scelera parat contrā familiam suam! Ab illā urbe saevā fugiō, per tōtum Latium errō, hospitium in hāc urbe quaerō».

50 Prīmum senātōrēs Sextum Tarquinium contemnant eīque hospitium negant. Postea vērō ille auxilium in bellō contrā Rōmānōs iīs prōmittit. Hoc movet animōs Gabīnōrum quī illum cōmiter in urbem accipiunt.



ācritter ↔ cōmiter, bonō animō  
 ab = ā  
 ego fugiō... errō... quaerō  
 tōtus -a -um : omnis -e



inimicitia -ae f    hospitium -ī n  
 postea ↔ antea

vehementer *adv* = maximēalacer -cris -cre  
= laetus et diligēnsprosperus -a -um = fēlix  
fūnestus -a -um ⇔ prosperus  
fallere = vērum nōn dīcere

trādere &lt; trā(ns)-dare

Tunc Sextus Tarquinius multās amīcitiās inter nōbilēs et mīlitēs Gabīnōs parat. Quōmodo Tarquinius, vir peregrīnus et antea inimīcus, amīcitiā parat? Is Gabīnōs falsō laudat, Rōmānōs autem, inimīcōs Gabīnōrum, vehementer dēspicit: «In illā urbe Romā cīvēs maestī sunt, nam superbiam rēgis timent. Nūllus locus illius urbis est tūtus! Sed haec urbs tranquilla est. In hāc urbe cīvēs alacrēs sunt. Hanc urbem prosperam dīligō, illam vērō fūnestam Rōmam maxime contemnō!», dīcēbat ille, et pulchrīs verbīs Gabīnōs fallēbat.

Itaque brevī tempore Gabīnī magnam potestātem Sextō Tarquiniō dant eumque ducem bellī faciunt. At Sextus Tarquinius imperium saevē exercet atque omnēs nōbilēs Gabīnōrum interficit, pūnit, in exsiliū mittit atque, cum nūllus erat iam senātor aut nōbilis inter Gabīnōs, tōtam urbem Gabiōs Tarquiniō Superbō, patrī suō, trādit. Tarquinius Superbus igitur Gabīnōs nōn armīs, nōn bellō, sed dolō vincit.

## Rem tenē!

### 11. Respondē ad interrogāta:

- Ex quā urbe fugit Sextus Tarquinius?
- Num vēra est inimīcitiā inter Sextum Tarquinium et patrem eius?
- Cūr Gabīnī Sextō Tarquiniō hospitium dant?
- Quōmodo fallēbat Gabīnōs Sextus Tarquinius?
- Cuī trādit Sextus Tarquinius potestātem Gabīnōrum?

### 12. Estne vērum an falsum? Sī respōnsum falsum est, causam explānā.

- Tarquinius Superbus ad patriam Gabīnōrum venit.
- Sextus ā patre saevō fugit.
- Sextus auxilium contrā Rōmānōs accipit.
- Rōmānī rēgem timent quia is superbus est.
- Sextus Tarquinius dolō urbem Gabīnōrum capit.

V	F

### 13. In ordinem hās sententiās redige:

- Iam Tarquinius Superbus potestātem Gabīnōrum habet.
- Bellicōsī Gabīnī fortiter resistunt.
- Gabīnī Sextō potestātem trādunt.
- Sextus auxilium contrā Rōmānōs Gabīnīs prōmittit eōrumque animōs movet.
- Tarquinius Superbus saepe Gabiōs oppugnat.
- Sextus inter Gabīnōs hospitium quaerit, sed Gabīnī id negant.
- Sextus fallit Gabīnōs atque imperium eōrum rēgī Tarquiniō dat.

## Vocābula disce!

### 14. Quid occultat prōnōmen?

- Filius rēgis Gabīnīs **id** prōmittit: auxilium contrā Rōmānōs
- Gabīnī Sextō Tarquiniō **id** negant: \_\_\_\_\_
- Sextus Tarquinius **eam** simulat ante Gabīnōs: \_\_\_\_\_
- Gabīnī **eam** Sextō Tarquiniō tradunt: \_\_\_\_\_
- Omnēs Gabīnī **eam** cognōscunt: \_\_\_\_\_

### 15. Quid minus convenit? (ūnum respōnsum falsum est)

- oppugnāre: cōmiter / fortiter / ācriter / saepe
- contemnere: maximē / ācriter / longē / vehementer
- differre: vehementer / longē / māxime / ācriter
- pūnīre: saepe / cōmiter / ācriter / vehementer
- accūsāre: ācriter / vehementer / fortiter / longē

## 16. Verba idem ac contrārium significantia quaere in lēctiōne:

Verba idem significantia	Verba contrārium significantia
fortiter =	vērē ↔
omnis =	contemnunt ↔
dīligentēs =	amīcitiā ↔
maximē =	anteā ↔
imperium =	prospera ↔

## Ecce lingua!

## 17. Quod verbum magis convenit?

- a. Rēx improbus nūllam pecūniam populō Rōmānō...  
 memorat     dat     est
- b. Gabīnī magnam potestātem Sextō Tarquiniō...  
 trādunt     recūsant     dīligunt
- c. Rēx nova scelera contrā familiam...  
 parat     recūsant     movet
- d. Sextus Tarquinius auxilium contrā Rōmānōs Gabīnīs...  
 contemnit     laudat     prōmittit

## 18. Scribe cāsū datīvum hōrum prōnōminum:

huīc (sg) / hīs (pl) / illī (sg) / illīs (pl)

«Sextus Tarquinius ad Gabīnōs venit, sed Gabīnī ill\_\_\_ [Sextō] hospitium negant. Tunc Sextus cōsilia patris ill\_\_\_ [Gabīnīs] ostendit atque Gabīnī h\_\_\_ [Sextō] domicilium in urbe dant. Sextus Tarquinius civēs Gabīnōs eōrumque urbem maximē laudat atque ill\_\_\_ [Gabīnīs] pretiōsa dōna dat. Iam Gabīnī h\_\_\_ [Sextō] amīcitiā suam dant, nam eum dīligunt. Sextus Tarquinius h\_\_\_ [Gabīnīs] auxilium contrā Rōmānōs prōmittit atque Gabīnī ill\_\_\_ [Sextō] magnam potestātem trādunt».

## 19. Scribe genus fēminīnum prōnōminis 'ille'/'hic':

- a. In \_\_\_\_\_ urbe Sextus Tarquinius laetus est, sed in \_\_\_\_\_ erat trīstis.
- b. Civēs \_\_\_\_\_ urbium semper in operibus erant, sed in \_\_\_\_\_ urbibus civēs ludōs et certāmina saepe spectant.
- c. Nōmen \_\_\_\_\_ urbis nunc est Paris, sed anteā erat Lūtētia.
- d. \_\_\_\_\_ est magistra linguae Latīnae, \_\_\_\_\_ autem est magistra linguae Graecae.
- e. Inter \_\_\_\_\_ villās quae in campō sunt et \_\_\_\_\_ quae sunt in oppidō multae sunt differentiae.
- f. Quis erat rēx \_\_\_\_\_ urbis antiquae nōmine Albae Longae?

## 20. Prō vocābulis significātis scribe prōnōmen 'ille'/'illa':

- a. Gabīnī Sextō potestātem trādunt = illi Sextō potestātem trādunt
- b. Tarquinius saepe Gabīnōs oppugnābat = \_\_\_\_\_
- c. Rēx Sextum Tarquinium ad Gabiōs mittit = \_\_\_\_\_
- d. Verba Sextī animōs Gabīnōrum movent = \_\_\_\_\_
- e. Rēx filiae suae vestimenta pulchra dat = \_\_\_\_\_
- f. Sextus imperium Tarquiniō Superbō trādit = \_\_\_\_\_



REGNUM FVNESTVM (III)



anguis -is m/f

dē + abl

ē = ex (+ abl)

ēicere = forās iacere



ānxius -a -um



vātēs -is m/f

certus -a -um = vērus

cōnsilia deōrum = quod dii in animō habent



Pythia -ae f

Paulō post dii immortalēs prōdigium terribile rēgī Tarquiniō mittunt: dum is in rēgiā est, anguis ferōx dē columnā cadit atque magnō terrōre omnēs fugiunt! Servī Tarquiniī eam statim capiunt atque ē rēgiā ēiciunt, sed rēx ānxius dē illō prōdigio saepe cōgitābat: «Est signum deōrum», dīcēbat Tarquinius līberis atque uxōrī. Sed quid illud prōdigium significābat? Neque vātēs neque sacerdotēs respōnsum certum rēgī dabant! Itaque ille filiōs suos ad ōrāculum Delphicum mittit –ōrāculum est locus ubi hominēs cōnsilia deōrum interrogant. In ōrāculō Delphicō Pythia habitat. Haec est fēmina sacerdos quae cōnsilia deōrum cognōscit eaque virīs fēminisque nūntiat. Itaque fāma huius fēminae illūstris est.

80

85

90

consilia:  
desiglos  
consejos.

Filiū Tarquiniī ad Graeciam nōn sōlī nāvigant, nam rēx Tarquinius Iūnium Brūtum comitem eīs dat. Brūtus ā filiīs Tarquiniī longē differēbat, nam ille erat iuvenis pius, hī vērō scelerātī erant atque mendācēs. Brūtus igitur rēgem Tarquinium eiusque familiam vehementer contemnebat, nam dolōs et scelera eōrum cognōscēbat, sed stultitiam simulābat et coniūrātiōnem contrā eōs parābat. Dum ad ōrāculum nāvigant, Brūtus baculum aureum sub vestīmentis occultat. Hoc dōnum Brūtus deō Apollinī fert et in templō eius in oppidō Delphīs clam relinquit.

95

100

In ōrāculō Delphicō filiū Tarquiniī dē prōdigio anguis Pythiam primum interrogant atque illa hoc respōnsum iuvenibus dat: «Magnum malum in rēgiā Tarquiniī est». Deinde iī, cupidī glōriae, dē futurō rēge Rōmānōrum quoque interrogant et Pythia sic respondet: «Ōsculum date mātīrī atque rēgnum Rōmānum accipite!». Iam in urbe Rōmā filiū Tarquiniī primum respōnsum Pythiae patrī nūntiant, deinde mātrem quaerunt eīque ōsculum dant. Brūtus autem simulat, ad terram cadit et ōsculum eī dat: terra enim est mātēr omnium hominum.

105

110

Iunius Brutus comes filiōrum Tarquiniī est comes -itis m/f eī : Sextō pius -a -um ↔ scelerātus mendāx -acis stultitia -ae f ↔ ingenium

baculum -ī n

fert sg, ferunt pl < ferre = portāre



clam adv

malum -ī n = factum fūnestum, improbum

futūrus -a -um



ōsculum -ī n

ea : terra



## 27. Imaginem dēscribe:



Pŷthia	perterritus
templum	terribilis
ōrāculum	interrogāre
sacerdōs	dare
respōnsum	accipere
deus	ille
prōdigium	hic

## Ecce lingua

## 28. Quid magis convenit?

a. mātrem / mātērī

Filiū Tarquiniū statim \_\_\_\_\_ ōsculum dant: iī vērō \_\_\_\_\_ nōn amat, sed gloriam.

b. patrem / patrī

Filiū primum \_\_\_\_\_ quaerunt; deinde iī respōnsum Pŷthiae \_\_\_\_\_ nūntiant.

c. rēgem / rēgī

Multī sacerdōtes et vātēs ad \_\_\_\_\_ veniunt, sed nūllus eōrum respōnsum certum \_\_\_\_\_ dat.

d. uxōrem / uxōrī

Tarquinius Superbus \_\_\_\_\_ multum amābat. Is enim aurea ōrnāmenta \_\_\_\_\_ dabat!

e. Apollinem / Apollinī

Iūnius Brūtus \_\_\_\_\_ in templō colit. Is enim pius erat atque baculum aureum \_\_\_\_\_ dat.

## 29. Adde terminātiōnēs:

«Brūtus et filiū Tarquiniū inter sē longē differēbant. Ill \_\_\_\_\_ vir probus erat, h \_\_\_\_\_ autem multa scelera faciēbant. Familia ill \_\_\_\_\_ iūsta et pia erat, at pater h \_\_\_\_\_ virī nōn solum audāx, sed etiam improbus erat. Tarquiniū enim dolum Gabīnis parant, ill \_\_\_\_\_ auxilium dant et amicitiam simulant. Brūtus cum h \_\_\_\_\_ [Tarquiniū] ad Graeciam nāvigat. H \_\_\_\_\_ respōnsum deōrum in oraculō quaerunt. Pŷthia h \_\_\_\_\_ respōnsum dē prōdigio dat: “Magnum malum in rēgiā sē occultat”».

## Cōgitō ergō... grammaticam discō!

## MEMORANDVM I: Cāsus datīvus (cui?, quibus?)

- Tarquinius multa dōna suae familiae dat.
- Rēx liberis suis multa dōna dat: filiae vestimenta pulchra dat; filiō autem dat equōs et arma.
- Etiam uxōrī suae Tarquinius dōna dat: eī dat ōrnāmenta pretiōsa.
- Filiū Tarquiniū respōnsum patrī dant, mātērī autem ōsculum.

## I dēclīnātiō

Familiae, filiae  
= datīvus fēm sgFamiliīs, filiīs  
= datīvus fēm pl

## II dēclīnātiō

Filiō, populō  
= datīvus masc et neut sgLiberis, servis  
= datīvus masc et neut pl

## III dēclīnātiō

Uxōrī, mātērī, patrī  
= datīvus sg  
(nōn est discrīmen in genere)

(plūrālis in capitulō VII)

- Rēx populum suum nōn amat, nam nūllum ōtium eī dat. Nec servis suis ōtium dat. Iis labōrēs semper mandat.

## Prōnōmen III persōnae

eī = datīvus sg m, f, n

iīs = datīvus pl m, f, n

(nōn est discrīmen in genere)

## MEMORANDVM II: Prōnōmen 'is'

	Singularis			Plūrālis		
	<i>m</i>	<i>f</i>	<i>n</i>	<i>m</i>	<i>f</i>	<i>n</i>
Nōm	is	ea	id	iī	eae	ea
Acc	eum	eam	id	eōs	eās	ea
Gen	eius			eōrum	eārum	eōrum
Dat	eī			iīs	iīs	iīs
Abl	eō	eā	eō	iīs	iīs	iīs

## MEMORANDVM III: Adverbia (altera pars)

- In linguā Latīnā alia adverbia dēsīnunt in *-e* (*repente, saevē, maximē, bene...*), alia dēsīnunt in *-ō* (*citō, subitō...*), multa quoque dēsīnunt in *-ter* (*vehementer, fortiter, acriter, ferociter, cōmiter...*)

## MEMORANDVM IV: Prōnōmina dēmōnstrātīva ‘hic’, ‘ille’ (prīma pars)

- In linguā Latīnā sunt **tria** prōnōmina dēmōnstrātīva, quōrum in hōc capitulō duo sunt: **hic** et **ille**. Prōnōmina dēmōnstrātīva habent tria **genera** (masculinum, fēmininum, neutrum); duos **numerōs** (singulārem et plūrālem) et quinque **cāsūs** (nōn habent vocātivum).
- **Fēmininum:**
  - **Singulāre:**  
Haec fēmina pulchra est. Fēmina habet **hanc** villam. Nōmen **huius** fēminae est Tanaquil. **Huic** fēminae Tarquinius multa dōna dat. Cum **hāc** fēminā Tarquinius habitat. **Illa** urbs nōn est Rōma. Sextus Tarquinius ad **illam** urbem ambulat. Rēx **illius** urbis est probus. **Illi urbī** Tarquinius divitiās portat. In **illā** urbe cīvēs sunt laetī.
  - **Plūrāle:**  
Hae fēminae nōn sunt Rōmānae. **Hās** fēminās nūllus in urbe cognōscit. Urbs **hārum** fēminārum nōn est propinqua. **Hīs** fēminīs Rōmānī auxiliū dant. Cum **hīs** fēminīs nūllī sunt servī.  
**Illae** fēminae ubi sunt? Rēx **illās** fēminās quaerit. Domiciliū **illārum** fēminārum ubi est? **Illīs** fēminīs Rōmānī auxiliū dant. Sine **illīs** fēminīs urbs maesta est.
- **Masculinum:**
  - **Singulāre:**  
**Hic** cīvīs perterritus est. Rēx **hunc** cīvem pūnit. Exsiliū **huius** cīvis trīste est. **Huic** cīvī rēx magnum malum dat. Urbs sine **hōc** cīve trīstis est.  
**Ille** est filius Tarquiniī. Populus Rōmānus **illum** nōn dīligit. Nōmen **illius** nōn est grātum inter cīvēs. **Illī** pater Iūnius Brūtum tamquam comitem dat. Iūnius Brūtus cum **illō** ad Graeciam nāvigat.
  - **Plūrāle:**  
**Hī** sunt iuvenēs Rōmānī. Pŷthia **hōs** iuvenēs audit. Rogātum **hōrum** iuvenum difficile est. Pŷthia **hīs** respōsum incertum dat. Cum **hīs** aliī iuvenēs nāvigant.  
**Illī** nōn sunt iuvenēs Rōmānī. Ante **illōs** Sextus et Brūtus nāvigant. Navis **illōrum** est gravis. **Illīs** nōn dant dōnum iuvenēs. Ab **illīs** citō discēdunt.
- **Neutrum:**
  - **Singulāre:**  
**Hoc** respōsum Pŷthiae nōn est certum. Sextus Tarquinius **hoc** respōsum nōn intellegit. Verba **huius** respōnsī sunt obscura. **Huic** respōnsō Tarquinius nūllam significātiōnem dat. In **hōc** respōnsō est mystērium.  
**Illud** prōdigium omnēs terret. Vātēs nōn intelligunt **illud** prōdigium. Significātiō **illius** prōdigii est obscura. **Illī** prōdigio vātēs nūllam significātiōnem dant. In **illō** prōdigio mysterium magnum sē occultat.
  - **Plūrāle:** vidē exempla in capitulō VII.

## Scīsne?

## Dē vitā urbānā.

In histōriā Rōmānā trēs aetātēs sunt: aetās rēgum, aetās rei pūblicaē, aetās Caesarum. Nunc dē vitā, quam Rōmānī aetate Caesarum agunt, sermō est. Vita urbāna et vita rūstica longē differunt inter sē. Agricolaē et pāstōrēs vitam rūsticā vivunt et agrum colunt sive pecora cūrānt – pecora sunt ovēs, bovēs et aliae bēstiae agrestēs. **Vita rūstica** dūra et aspera est, **urbāna** autem magis commoda atque sine tantō labōre, sed negōtiōsa: Rōmānī qui vitam urbānam agunt multa negōtia habent!


Mane enim patrōnī clientēs domum accipiunt: clientēs sunt **libertī**, id est, ōlim servī, qui patrōnōs salūtānt atque auxiliū ab iīs petunt. **Patrōnī** sunt nōbiles Rōmānī. Post salūtātiōnem patrōnī in forum conveniunt atque alia negōtia, pūblica et privāta, expediunt. Prope forum est **basilica**: Rōmānī in basilicam veniunt, sī iudicēs eōs in iūs vocant. Senātōrēs autem **cūriam** intrant, ubi dē bellō et pāce disputant.



*‘Labor omnia vicit improbus’*  
Vergilius, *Georgicae* I, 145



*Cōnspectus Rōmae imperiālīs*, Oreste Betti, 1906. Fondazione Cariplo, Mediolānī




īnsula

Plēbs autem neque negōtia expedit in forō neque cūriam intrat, sed alia officia habet. Multī plēbēiī tabernāriī sunt, id est, **tabernam** habent, in quā librōs, ōrnāmenta, cibōs vendunt. Tabernae sunt in īnsulīs: **īnsulae** sunt alta aedificia ubi habitat plēbs urbāna. Nōn ūna familia, sed multae familiae in īnsulīs habitant, nam in ūnā īnsulā domicilia multa sunt.

Vesperī vērō et nōbilēs et plēbēī **ōtium** agunt in balneis. **Balnea** sive **thermae** sunt magna et ampla aedificia ubi cīvēs lūdunt atque corpus exercent et lavant. Sunt aquae frīgidae (**frīgidārium**), calidae (**caldārium**) et tepidae (**tepidārium**). Etiam **palaestra** in thermīs est. In balneis est quoque **apodytērium**, ubi cīvēs vestēs dēpōnunt. Quōmodo Rōmānī aquās calidās faciunt? Sub balneis est **hypocaustum**: hypocaustō Rōmānī aquās, quae frīgidae sunt, calidās faciunt.

Cīvēs in thermīs nōn solum corpus cūrant –multī enim capillōs ibi tondent et unguenta accipiunt– sed etiam negōtia agunt, librōs legunt et colloquia cum familiāribus habent. In thermīs igitur Rōmānīs est ōtium ac negōtium! Itaque nūllum est silentium in balneis, sed varius et magnus clamor quī undique sonat!

*Thermae Caracallae*  
Lawrence Alma-Tadema, 1899



## Vocābula VI

### LECTIO I

ancilla -ae f  
aut

causa -ae f  
contemnere

differre

equus -ī m

exsilium -ī n

grātus -a -um

hic haec hoc

hostilis -e

ille illa illud

illūstris -e

impōnere

labor -is m

longē

pecūnia -ae f

praeda -ae f

pretiōsus -a -um

propinquus -a -um

pūnīre

saepe

septimus -a -um

servus -ī m

trīstis -e

vestis -is f

### LECTIO II

ab/ā

ācritur

alacer -cris -cre

anteā

auxilium -ī n

cōmiter

fallere

fortiter

fugere

fūnestus -a -um

Gabii -ōrum m pl

Gabīnus -a -um

hospitium -ī n

inimīcītia -ae f

Latium -ī n

negāre

postea

potestas -ātis f

prosperus -a -um

saevē

Sextus Tarquinius

-ī m

sub

superbia -ae f

tōtus -a -um

trādere

ut

vehementer

### LECTIO III

anguis -is m/f

ānxius -a -um

baculum -ī n

certus -a -um

clam

columna -ae f

comes -itis m/f

cōnsilium -ī n

dē

Delphī -ōrum m pl

Delphicus -a -um

ē/ex

ēicere

ferre

futūrus -a -um

ille illa illud

inmortālis -e

malum -ī n

mendāx -ācis

nūntiāre

ōrāculum -ī

ōsculum -ī n

pius -a -um

Pŷthia -ae f

respōnsūm -ī n

scelerātus -a -um

significāre

stultitia -ae f

terror -ōris m

vātēs -is m/f

### Dē linguis comparandis:

► Quare vocābula hodierna quae ex his vocābulis Latīnis dēriventur: 'pūnīre', 'equus', 'labor', 'servus'...

### Aurea dicta:

Haec 'aurea dicta' lege eaque cōsiderā: "Montēs aurī prōmittere", "Amīcītia nisi in bonīs esse nōn potest", "Obsequium amīcōs, vēritās odium parit" (Terentius, *Andria* 68), "Amīcus omnibus, amīcus nēmīnī".

Suntne alia 'aurea dicta' quibus vocābula huius capitulī contineantur? ► Quare ea.